

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581](#)[Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre XI](#)[Item Mythologia, Francfort, 1581 - X \[33\] : De Lethe fluuio](#)

Mythologia, Francfort, 1581 - X [33] : De Lethe fluuio

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document est une version augmentée de :
[Mythologia, Venise, 1567 - X \[33\] : De Lethe fluuio](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre III

[Mythologia, Francfort, 1581 - III, 20 : De Lethe fluuio](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[33\] : De la riviere de Lethé](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[33\] : De la riviere de Lethé](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581

ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

langue(s)Latin

Paginationp. 1041

Du monde

Toponymes[Léthé \(fleuve/rivière\)](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

bonitatem imbribus non egeret. Ibi erat suauissimum tantum auicularū genus, quæ dulces concentus musicæ symphonix non dissimiles passim per totum anni tempus exercerent. ibi cantilenæ erant mirificæ suauitatis, chorosq; ducebant virgines cum pueris pulcherrimæ, quibus accinebant cum musicis instrumentis peritissimi cantores. Epulæ ibi nascebantur saluberrimæ, nulla sentiebatur ibi senectus, nulla ægritudo, nulla mentis perturbatio. non auri, non diuitiarum cupiditas, non honorum animos beatarum animarum infestabat: omnes priuatam vitam rebus necessariis contentam vel maximis imperiis anteferendam existimabant. Hic vnusquisq; iisdem studiis exercebatur, quæ viuenti gratissima extitissent.

De Lethæ flumine.

Enimuero quia putabāt antiqui philosophi animas hominum esse immortales ac sempiternas, quæ fuit Pythagoræ opinio, & aliorum quorūdam, has crediderunt pro singulorum meritis, & pro rebus in priore vita gestis semper in noua corpora denuo transmitti: atque hoc ipsum ad inferos mitti esse putabant, in noua corpora redire. At enim non facillè adduci poterant animæ, quæ graues molestias & miseras humanas semel expertæ fuerant, vt rursus in hæc corpora redirent, nisi aliquam rationem excogitassent, qua fierent omnium pristinorum incommodorū immemores: ideo Lethen fluum ea aqua fluere dixerunt, vt semel epota rerum omnium memoriam omnino obliteraret. Sed enim fluius ille vbi sit, dubitari posset, quoniam alij apud inferos esse dixerunt, cum Pythagoras tamen è cælo descendere animas existimauerit. ego sane censeo in circulo Lunæ fuisse Lethen collocatam, cum satis aptæ obliuioni vires eius appareat. quippe cum Cancrum cæleste signum portam putauerint per quam animæ hominum ascendant, ac descendant, cum per Capricornum istud ipsum à Diis fieri creditum sit.

De Penatibus.

Vt autem manifestum fieret omnibus, nihil esse quod diuina providentia non gubernetur, nostraque omnia semper diuino consilio protegi, cum Dei præsentia nullo in loco carere possimus, non solum Lucinam parturientibus mulieribus statim adesse sinxerunt, quæ illas à doloribus solueret, sed statim nati infantes proprios habere demonas continuo crediti sunt.